EXEMPLA
S. SCRIPTURÆ



ELEPIA
SCRIPTURAE

Articuli fidei



5

(5)

Articuli fidei bis sex sūt corde tenendi
Quos xpi socij docuerūt pneumate plēi
Credo deū prēz (petrꝰ iq̄t) cūcta creātē
Andreas dixit. ego credo ihesum fore christum.
Conceptū natū iacobus. passūqꝫ iohannes
Infera (philipus) fregit. thomasqꝫ reuixit
Scādit bartholomeus. veniet cēsere matheus
Pneuma minor iacobus. symon pctā remittit
Restituit iudas carnem. vitamqꝫ mathias
Hec est catholica sincera fides et amica
A christo lata per discipulos publicata
Signis firmata diuina lege probata.

¶ Decem sunt precepta legis.

Unum crede deum. ne iures vana per ipsum
Sabbata sanctifices et venerare parentes
Non sis occisor/fur/mechus/testis iniquus
Vicinique thorum. resqꝫ caueto suas

¶ Tria sunt precepta iuris versus

Jus mandat cuiqꝫ q̄ viuat semper honeste.
Et nullum ledat. cunctis sua iuraqꝫ reddat

¶ Nota q̄ oīa p̄cepta reducūtur a duo v̄sus

Inde ihesus cuncta precepta reducit ad ista
Dilige corde deum toto super omnia verum
Dilige quemcunqꝫ sicut te diligis ipse
Istud complere pandūt lex atqꝫ prophete:
Sic nō offendas dn̄m fratrem neqꝫ ledas
Semper gaudebit domini qui iussa tenebit
Sed male peccabit qui iussa dei violabit

¶ Nota q̄ sunt tria pctā in generali .s. originale/veniale/et mortale versus
Omnia peccata triplici sunt nomine dicta
Est quoqꝫ pctm̄ nobis ob origine natum
Est graue mortale: leuius fertur veniale
¶ Nota q̄ pctm̄ originale per baptismum purgatur: et q̄ocunqꝫ aliud ante factū. versus
Cum baptizamur ab origine purificamur
Necnon peccato quodcūqꝫ sit ante patrato
Sꝫ cū peccam⁹ grauiter post nos maculamus
¶ De septem pctis mortalibus versus
Dic michi saligia que sunt peccata cauenda
Sunt tumor accidia gula luxuries simul ira
Liuor auaricia septem mortalia dira
Septem pctā necis hec sunt ītitulata
Que sūt vitanda cū ramis atqꝫ nephanda
¶ Quare dicūtur pctā mortalia versus
Hec mortalia sūt q2 tāq̄ mors nimis obsunt
Quoduis mortale vitium sit pernitiale
Nam moriens vitio mortali perditur vno
¶ Sequitur de peccato superbie
Et primo quid sit superbia
Est animi elatio vitiosa que inferiorem despiciens superioribus et maioribus satagit dominari versus
Cetera cū supero memet trāscendere quero
Inobedientia
Jactantia

ypocrisis
¶ Sex sunt rami superbie. Contemptio
Presumptio
Pertinacitas. versus
Jactans ypocrita contemnens iussa negansque
Presumens pertinax dicitur esse superbus
¶ Quid est inobedientia
Est suo prelato vel superiori iniunctis et licitis non parere vel obedire. versus
Nescio parere: michi iussa recuso tenere.
¶ Quid est iactantia.
Est animi motus quo quis mouetur in animo suo ad iactandum seu dicendum se habere quod non habet vel fecisse quod non fecit.
versus.
Extollo verbis me magna loquendo superbis
Quid est ypocrisis.
Est aliquem se simulare exterius habere virtutes quas non habet: vel alia multa bona que in eo non sunt. versus
Quod videor grata michi dat virtus simulata
¶ Quid est contemptio
Est aliquem negligenter id ad quod tenetur omittere vel que bona sunt vilipendere versus
Hec parui repeto que meliora puto
¶ Quid est presumptio
Est aliquem id quod aliorum est sibi specialiter attribuere. versus
Me credo tanti quod sim par alti tonanti.

Quid est pertinacitas
Est malefacta vel maledicta propria posse tenus sustinere. versus
Nec male concepta mutabo nec male cepta
¶ Ex quibus oritur superbia. versus.
Robur et ornatus vox fama scientia virtus
Census nobilitas prelatio signa potestas
Hec sũt que faciũt hoĩem plerumqꝫ superbum
¶ Seqꝭ de pctõ accidie ⁊ pr̃o q̃d sit accidia
Et animi torpor quo quis aut bona negligit inchoare aut fastidit perficere. versus
Tristitiam genero: nil preter tedia quero.

¶ Sex sũt rami accidie
- Sollicitudo
- Rancor
- Pusillanimitas.
- Desperatio
- Torpor
- Uagatio mentis.

versus
Sollicitus torpens desperans mente vagusqꝫ
Rancoremqꝫ pusillanimis tenet accidiosus
¶ Quid est sollicitudo
Est cum diligenti meditatione que nocitura sũt alteri excogitare versus
Sollicita cura quero que sunt nocitura
¶ Quid est rancor.
Est animi viciũ quo quis habet displicentiam in corde suo erga aliquẽ de aliquo malo ⁊ nõ potest excogitare aliquod bonum illi versus

Si quis me ledit nunq̄ de mente recedit
¶ Quid est pusillanimitas
Est mētis āgustia qua q̄s timet aggredi magna. vꝰ
Nil possum careo fracta vigore meo
Quid est desperatio
Est obtenebratio mentis qua quis diffidit de misericordia diuina versus
Heu quia despero sine spe semper ero
¶ Quid est torpor
Est tepiditas animi qua quis torpet in illius rei executionem qua debet feruere versus
Non michi virtutis amor est nec cura salutis
¶ Quid est vagatio mentis
Est animi desidia qua quis de die in diē proponit corrigere vitam suam et non corrigit: et negligēs in custodiendo mandata dei versus
Quos scio tristari facio quoqꝫ mente vagari
¶ Seq̄tur de pctō gule: ⁊ primo quid sit gula
Est soliꝰ corporis causa illecebrosus / excessiuus auidusqꝫ ciborum appetitus versus
Hec michi sunt epule que scio grata gule
¶ Primus ramus est quādo aliquis comedit ante horam debitam. vt puta nimis mane comedere. vel anteq̄ dixerit horas vel anteq̄ fuerit in missa diebus festiuis.
¶ Secundus ramus est quādo aliquis sepius comedit q̄ debeat et sine causa: quia semel comedere in die est vita angelica, bis comedere in die

est vita humana, ter comedere in die est vita bestialis versus
Qui semel est iustus, qui bis vir bestia qui plus

¶ Tertius ramus ē qn̄ aliquis nimis bibit aut comedit ita ꝙ peius est ei vel quia ex hoc ebrius fit vel infirmus iacet.

¶ Quartus ramus est qn̄ aliquis nimis auide comedit: et non bene masticat escam suam.

¶ Quintus ramus est quando aliqs nimis est deliciosus in cibis ⁊ potationibus. nec recusat ꝓ suo corpore emere nimis deliciosa quibus posset subuenire multis pauperibus in grossis cibis

Sextus ram⁹ ē qn̄ aliqs delectat in diuersitate sapoꝝ vel escarum et in abundantia earum

¶ Nota ꝙ ꝑ istud metrū sex rami gule habēt
Pre/propere/laute/nimis/ardenter/studiose

Sequitur de peccato luxurie
Et primo quid sit luxuria

¶ Est incontinētia corporis ex pruritu libidinis nascens. Et dicitur luxuria qꝛ solet ꝓuenire ex luxu cibi et potus: vel alterius rei versus
Seruio sic veneri ꝙ honesta recuso videri,

¶ Sex sunt rami luxurie:
- Fornicatio
- Stuprum
- Adulterium
- Incestus
- Raptus
- Pctm̄ cōtra naturam

Luxurie species recte nos dicimus has sex
Inter non nuptos proprie fornix fore fertur
Stuprū causatur cum virgo nolēs violatur
Coniugis alterius violator fertur adulter
Cum sibi cognatis incestus vel moniali
Raptus cū rapitur ac opprimitur violēter
Cōtra naturā peccat sodomita nephandus
¶ Nota q̄ act⁹ veneris est sēp nociuus. vers⁹
Actus carnalis est semper pernicialis
Dēptis cōiugibus q̄bus est cōsēsus honestus
¶ Nota q̄ quinq̧ modis potest peccare vir cum coniuge sua versus
Quinq̧ modis peccat cū cōiuge sepe maritus
Tempore/mente/modo/conditione/loco
¶ Nota q̄ pollutio nocturna aliq̄n est pctm̄ et aliquando non est peccatum. versus
Crapula/p̄meditatio lāguor ꝛ humor abūdās
In sōniis maculant: extrema duo sine culpa
¶ Nota q̄ hō potest vitare venerē: parce viuendo. fugiendo ocia loca et tēpora versus
Substractis lignis ardens extiguitur ignis
Sic carnis motus demendo fercula potus
Ocia tollēdo: loca tempora p̄ōpta cauendo
Vix hō fit castus requiescens et bene pastus
Scripture studia sacra peramando sequaris
Sic carnis vicia non perficies nec amabis
¶ Nota q̄ hō dꝫ esse castus ꝛ ꝯtinēs. versus
Despice fetorē veneris: seruādo pudorem

Si bene cōtineas te plebs et christus amabit
Sed si luxuries christus te plebs reprobabit
Ergo sis castus semper necnon moderatus
Sperne voluptates carnis: cole sobrietatem
Captiuāt animas requies. carnisq3 voluptas

¶ Casus quibus hō potest reddere debitum et non querere et non peccare versus

Festa sacerq3 locus ieiunia menstrua partus
Si petis hec peccas: reddis quādoq3 licēter

¶ Sequitur de pctō ire. et primo q̄d sit ira.

Est strictus animi furor excitati vlciscēdi libidine nascens. versus

Nulla fugit dira mea mens: seuit in ira

¶ Sex sūt rami ire.
Blaphemia
Rixa
Tumor mentis
Indignatio
Contumelia
Clamor versus

Sex species ire blaphemia rixa tumorq3
Indignās cōtumax clamās sit tibi ira

¶ Quid est rixa

Est ire motus in iniuriā vel discordiā facti per quē hō sepe causat ꝯtētōes et lites. versus

Sepius immites genero per iurgia lites

¶ Quid est clamor.

Est verbis acerbis pacez ⁊ silētiū corrūpere. vꝰ

Pacem corrumpo, clamor silētia rumpo

¶ Quid est indignatio
Est alicui bñficiū loquele denigrare versus
Hic non dignatur vt verba benigna loquatur
¶ Quid est contumelia.
Est in vba iniuriosa ꝛ inhonesta ꝓrūpere. vs⁹
Irata mente dum vincor mordeo dente
¶ Quid est blaphemia.
Est cōtra deū vba cōtumeliosa ꝓferre. vers⁹
Morem seruo meum dū maledico deum
¶ Quid est tumor mentis
Est qñ ex nimio furore mētis hō tacet. vs⁹
Interius mētē tacite facit ira tumentem
¶ Seqtur de pctō inuidie.
Et primo quid sit inuidia
Est dolor de aliena felicitate nascens animum torquens versus
Prospera cum video protinus inuideo

¶ Sex sunt rami inuidie	Odium Detractio Discordia Susurratio Exaltatio ī aduersis ꝓximi Afflictio in ꝓsperis ꝓximi

Prospera fiet: gaudet de dānis inuidus omnis
Detrahit ꝛ pariter discordat oditꝙ susurrat
¶ Quid est odium
Est inueteratus aī rācor ꝛ nascitꝛ ex supbia vñ hō inuidus nō vult habere parē sibi immo īuidet si

alter est altior ipo et habz eu quasi odio. vers9
Est michi solus amor quo nec amo nec amor
¶ Quid est detractio
Est aliena bona denigrare vel iuertere. versus
Detraho directe si quid aliquid puto recte
¶ Quid est discordia.
Est aliquorum dissentio quos prius amoris vinculum alligauit. versus.
Consona discordare facit discordia corda
¶ Quid est susurratio
Est inter amicos discordiam seminare
Laudo nimis plene murmuro facta bene
¶ Quid est exaltatio i aduersis proximi
Est quando homo letatur de malo alterius vel de eius impedimento versus
Nunq̃ iactura cuiuslibet est michi cura
¶ Quid est afflictio in prosperis proximi;
Est de vtilitate vel de promotione alicuius inuidiam habere versus
Est animi pena michi prosperitas aliena
¶ Sequitur de peccato auaricie
Et primo quid sit auaricia.
Est aliena bona rapere et superflua pauperibus non erogare versus
Estuat in cupido per me sine lege cupido
Periurium.
Furtum
¶ Sex sunt rami auaricie, Rapina

Usura
Symonia
Prodito   vsus
Crimen auaritie periuria furta rapina
Fenus symonia distingunt proditioque.
¶ Quid est periurium
Est mēdacium cum iuramēto firmatū. vsus
Nunq̄ cum iuro bona veris addere quero
¶ Quid est furtum
Est latens vsurpatio rei aliene īuito dn̄o. vs⁹
Qui rem furtiue tollit parat ille sibi ve.
¶ Quid est rapina.
Est violentia predatio rei aliene   versus
Uiribus obtineo non mea more meo
¶ Quid est vsura.
Est studiosa cupiditas aliq̄d recipiēdi supra sortē
Lucris vsure ditari sit michi cure   (vsus
¶ Quid est symonia
Est studiosa volūtas emendi vendendi aliquid
spirituale vel annexum spirituali.   versus
Uendere non timeo que fiunt grata deo.
Quid est proditio
Est aliquē fīgē diligē z sibi nocumēta q̄rere. ver⁹
Hunc me diligere simulo cui quero nocere
¶ Quibus comparantur peccata mortalia

Superbia	Leoni
Inuidia	Cani
Ira	Lupo

Accidia comparatur Asino
Auaricia Camelo
Gula Urso vel hirco
Luxuria Porco
Inuidus est catulus est hircus luxuriosus
Est asinus piger est leo conditione superbus
Iracundus erit lupus vrsus eritq; gulosus
Sed de natura datur esse camelus auarus

¶ Quibus contrariātur peccata mortalia.

Superbia Humilitati
Accidia Diligentie
Luxuria Castitati.
Ira Patientie
Gula Sobrietati
Inuidia Pietati.
Auaricia Largitati.

Sis humilis castus miserator sis quoq; fortis
Sobrius et largus dilectus cuilibet esto

¶ Seqtur de pctō veniali et prīo vñ dicitur

Dicitur a venia veniale cito sibi danda
Multis nāq; modis dñs veniale remittit
Nota q̄ trideci mōis de⁹ remittit pctm̄ veniale
Confiteor tondo respargor conteror oro
Ungor conuertor patior ieiuno remitto
Signor edo dono mala sic venialia pono

¶ De sentētia excōicationis q̄ fugineda est

Tanq̄ peccata semper fugias anathema
Hic patitur dāna qui maius fert anathema

Hic non eligitur nec eligit et prohibetur
Ecclesie porta/cōmunio sic sacramenta
Traditus est satane. precibꝫ caret ecclesieqꝫ
Ac sibi legitimus prohibetur quilibet actus
¶ Nota q̄ homo non debet conuersari
cum excommunicatis. versus
Nūq̄ pticipes his quos anathema cohercet
Qualicunqꝫ modo nisi casu iure remisso
¶ Casus quibus homo potest conuer
sari cum excōmunicatis versus
Coniunx et nati famuli qui debita querunt
Ignorans super his ꝛ dicens vtile mentis
Et qui vitare nequit hos vrgente necesse
Participant iure strictis anathemate tute
¶ De pctīs contra spiritum sanctum
que sunt sex versus
Qui peccat nimium presumens de pietate
Uel qui desperat de diuina bonitate
Aut induratus non cessat abimpietate
Et qui fratris odit virtutes improbitate
Impugnās verū certus sine cōmoditate
Qui non fine dolet de culparum grauitate
Contra pneuma sacrū peccat spreta deitate
Que prime quinqꝫ culpe vix sunt releuate
Sexta caret venia q: corruit immediate
Sequitur de peccato lingue
Stringe tuā linguā ne mentē reddat iniquam
Lingua cito ledit et lesio rara recedit

Est vir perfectus lingua nunq̄ male fretus
Qui male nō loquitur magna virtute potitur
Linguam frenare plus est q̄ castra domare
Ne reprehendaris: caueas ne multa loquaris
Qui multū fatur nunq̄ sapiens reputatur
Est homo linguosus vicinis perniciosus
Est sibi damnosus: socijs proprijs odiosus
Contra te iactas si te de crimine iactas
Si temet laudas: te christi numine fraudas
Nunq̄ contendas: te frenes te reprehendas.
Sepius offendit. qui semet non reprehendit
Non sis detractor nec rumorum nouus actor
Non accusabis false. nec murmur amabis
Non sis deffensor peccati siue recensor
Non diffamabis alios: nec vituperabis
Si diffamari non vis vel vituperari
Nunq̄ sis censor temerarius aut reprehensor
Judicium quale facies dabitur tibi tale
Non alijs dicas secretum nec male dicas
Blandus adulator non sis nec conuiciator
Non discordator fratrum non improperator
Non blasphemator. irrisor siue minator
Non sis scurrilis ve rebellis siue bilinguis
Turpia colloquia vita velut acta maligna
Corrumpunt mores sermones deteriores
Nunq̄ promitas ni promissum dare credas
Nā si promissū nō des tūc perdis amicum
Promissor mēdax reputatur, deniq̄ fallax

Nūq̄ sis mendax nec vaniloquax neqꝫ fallax
Non sis verbosus iactator ꝛ litigiosus
Noli iurare nisi sit res debita quare
Debet et hoc esse verum licitumqꝫ necesse
Serua iurādo q̄d/quare/quomodo/quādo.
Nam si plures penas referes tibi plures
Sit sermo vester est est.non non.homo fines
Istos transiliens non erit absqꝫ malo

¶ Triplex est hostis hominis scilicet demon/caro/mundus. versus

Triplex est hostis hoīs.demon.caro mūdus
Non faueas istis vt sis crimine mundus

¶ De mō vitādi tētaciōes et pctā versus

Ut mala deuites aliq̄d fac ocia vites
Nūc age:nūc ora:lege nūc vaga nulla sit hora
Cerne deum qui te semper speculatur vbiqꝫ
Qui mala vix celat sed punit et ipsa reuelat
Nil est tam tectū quin sit quādoqꝫ repertum
Prospice q̄ nulla ledunt dominū nisi culpa
Inspice fetorem culpe peneqꝫ dolorem
Cerne quot ꝛ quāta pctm̄ dat tibi damna
Obsta principijs q2 tūc cito vincitur hostis
Quādo nimis crescit ignis vix flāma q̄escit
Ut vincas fortē christi bene respice mortem
Cum male delinquis iterū christū crucifigis
Inspice sanctorū necnō exempla reorum
Gloria pro meritis.iustis mala dātur iniquis
Insuper et stellā de noctu cerne nouellam

Nostram tutricem sactā domini genitricem.
Sepe salutando deuotius atq rogando
Ut te defendat a demone quem reprehēdat.
Sic me virgo pia semper defende maria
Hec tibi prestabit virtutem teq iuuabit
Hoc est expertū per multos sepe repertum.

¶ Sequitur de meditatione mortis versus

Ut possis stare propriam mortem meditare
Cerne q ignoras loca tempus mortis et horas
Et q damnaris si cum culpa moriaris
Lucem iudicij magni perpende futuri
Qua reprobis ite dabitur: iustisq venite
Inferni penas pensa simul atq cathenas
Que peccatores torquent cumulādo labores
Igne/gelu/vermes/tenebris/fletus sine fine
Pro vili causa reus est semper sine pausa
Cerne diem mortis que pulsat ad hostia foris
Quod qnti subito morimur sepe memento
Cerne domum celi ne perdas turbine teli.
Sacre scripture studium subsit tibi cure
Sanctos sectare prauos noli sociare
Sensus frenare satagas carneq domare
Uinum sumendo sis sobrius et comedendo.
Et loca prompta malis fuge ne sis pnicialis
Crimina vitabis hostesq tuos superabis.

¶ Sequūtur versus qui si recte legantur virtutes notificant si vero retrograde legeris vitia demonstrant. versus

Rectifice lege metrifices non ordine verso
Tendito directe nec lege retrograde
Tu tibi displiceas nec pōpam dilige nullum
Spernito nec laudis sis tibi precupidus
Tu bona diligito nec rodito prospera cela
Turpia nec fratris tu probra nudifices
Cor tibi mortifica nec bellum querito rixas
Despice nec motus sit tibi predominans
Da tua nec propria teneas sed munera larga
Fundito tu gazas nec bona concumules
Sollicitus bene sis nec sōnum dilige vita
Ocia. non teneat te pigra mollicies
Delicias fuge nec facies te dulcia sperne
Pocula. nec carnem reprimat ingluuies
Mundiciā gere nec macules te. lubrica mūdi
Respue. nec vanis subiaceat tua mens
Recte metra lege tali saluabere lege
Retrogradeq̄ legas. te sic ad tartara legas.

¶ Tres sūt vͦtutes theologice. spes/ fides caritas. ¶ Et quattuor cardinales. s. prudētia iusticia/ fortitudo/ et temperantia. versus

Septem virtutes habeas aduersa refutes
Esto fide firmus: spe rectus: amore leuatus
Prudens ꝛ iustus animo fortis moderatus.

¶ Septē sūt dona spūs sancti. s. timor pietas sciētia/ fortitudo/ ꝯsiliū. itellectus. ꝛ sapiētia. vͬ

Donis repleti procura flaminis almi
Esto timens pius atq̄ sciens. fortis bn̄ cōsul

hinc intellectus: sapientia dona dei sunt

¶ Septē sūt p̄mia seu beatitudines vˢus

Sis bene dotatus vt sis in fine beatus
Sis pauper mittis. flens et sitiens miserator
Mundus pacificus patiens est ille beatus

¶ Septē sūt retributōes dictarū btitudinum

Pauper em̄ regnat mitis possessor abundat.
flens consolatur: iustum sitiens satiatur
Sit pietas atq̃ pii: dn̄m mūdusq̃ videbit
Est quoq̃ pacificus domini proles ⁊ amicus

¶ Septē sūt opa mīe corporalia vˢus

Septem corporea fac pauperibus pia facta
Pasce famescentes pota nimium sitientes
Indue nudatos: redimas a car cere captos.
Egros conforta peregrinos collige porta.
Defunctos sepeli sic sumes gaudia celi.

Septē sūt opa misericordie spiritualia vˢus

Septem fac opera pia spiritualia dicta
Corrige peccātes ac instrue pauca scientes
Consule non doctis et ora pro tribulatis
Conforta mestos porta patiens onerosos
Offensos sponte ledenti corde remitte

¶ Septem sunt sacramenta ecclesie. vˢus

Ordo/cōiugium/fons/confirmatio/panis
Unctio postrema/confessio sunt sacramenta.

¶ Ordo baptism⁹ ⁊ cōfirmatio non debēt iterari sꝫ cōfessio/cōiugiū/sacramētum eucharistie vnctio postrema bene iterantur. vˢus

Ordo baptismus confirmatio non iterantur
Cetera que restant iterari non prohibentur
De ordine quē debemus tenere in cōfitēdo. v9
Ut reminiscaris hoc ordine confitearis
Dic de criminibus mortalibus et speciebus.
Dic de mandatis dñi per te violatis
De male perceptis dicas etiā sacramentis
Si contensisti virtutes vel caruisti
De septem factis pietatis dic male factis
Dic sēsus quinqꝫ. nec cetera mēbra relinque
Dic bene quecunqꝫ mala feceris ac vbicunqꝫ
In factis dictis consensu siue relictis
Que non dixisti dudum. dic si recidisti
In grave peccatum per te dudum recitatum
Res circunstantes dicas peccata grauantes
Saltem mutantes crimenqꝫ nouū generātes
Ista grauant; vitium dignus status recidiuum
Cōditio. numerus locus ordo sciētia tempus.
Copia. causa. mora. modus. etas. lucta pusilla
Septem sunt ordines. versus.
Ordo septenus est claro numine plenus:
Tres sunt maiores. sed bis duo sūt minores
Janitor est primus. lector vult esse secundus
Exorcista subit hinc acolitus sibi nubit
Subleuita subest: leuita sacratior hoc est
Septimo collatus est ordo presbiteratus.
Nota ꝙ homo existēs in sacris tenetur ad horas canonicas. vsus.

Ad sacra promotus debet necnon titulatus
Horas quotidie septenas dicere rite
Ut collaudetur xp̄s. mors et memoretur

¶ Nota quo tempore debeat fieri matrimonium et quo non. versus

Aduentus differt sponsos. filix quoq; confert
Septuagena negat. pasche lux noua relaxat
Letania vetat. sed trinum numen adiuuat

¶ Casus reseruati episcopo. versus.

Qui facit incestum deflorans ac homicida
Transgressor voti. periurus. sacrilegusq;
Sortilegus. patrum percussor. vel sodomita
Et mentita fides faciens incendia prolis
Oppressor. blaphemus. hereticus. oīs adulter
Pontificem sup hijs adeat. clerum feriensq;.

¶ Casus reseruati pape. versus

Per papam feriens clerum falsarius vrens
Soluitur. et quisquis audet celebrare ligatus
Simon si fuerit sed fallit regula talis
Impubes monachus. mulier. vetulus quoq; paup
Janitor hostilis tu releuabis eos.

Quibus casibus percutiēs clerū non incurrit sententiam excommunicationis. versus

Percutiens clerum sine pena casibus istis
Ludens. ignorans: te defendendo. docendo.
Prelati iussu. si premonitus ferat arma.
Si cum cōiuncta michi. repperero muliere.

¶ Quinq; sunt peccata clamantia vin

dictam ad dominum: versus
Clamant ad dñm de terra crimina quinqꝫ
Usura et sodoma. merces. homicidaqꝫ preda

¶ Impedimenta confessionis. v̾sus.
Spes longe vite. pudor et timor. ypocrisisqꝫ
Impediunt vt non confiteatur homo.

¶ Utilitas vere confessionis. versus
Sordibus imbutũ q̃uis mala queqꝫ secutum
Vera facit tutum confessio dans sibi scutum:
Et tribuit vires confessio ne recidiuet
Et iam securus sit ei confessio mutus:

¶ Cõsiderãda circa qðlibet peccatũ v̾sus
Cur/quid/vbi/quotiens/ꝛ corã quomõ quãdo

¶ Casus licite iurandi. v̾sus
Pax et fama. fides. reuerentia cautio. damni
Defectus veri possunt iurando teneri.

¶ De modo dicendi horas v̾sus
Clerice pausando dic horas non properando
Dicas attente dic totum supplice mente.
Dic iuxta morem primo dicasqꝫ priorem.
Cum dño loqueris orans non ergo vageris.
Qui bene nõ dicit horas deus hũc maledicit
Sincopa vitetur versus non anticipetur.
Donec finitus omnino sit bene primus
Scribit defectus horarum demõ ineptus
Quotidie multos valet ex his scribere libros
Cor sursũ teneas vbi sũt que poscere curas
Si non attendis, que dicis: te reprehẽdis

Vix deus exaudit illum qui cor sibi claudit.
Quando rogas ore: simul ora supplice mente
Ut quod profertur lingua: bene cor meditetur
Cum dn̄o psalles. psallendo tu tria serues
Dirige cor sursum: bene profer respice sensum
In templo vanum fuge cantum dilige planum
Non clames tantum cogaris linquere totum
Vos qui seruitis christo seruire studete
Quod memores sitis hos versus sepe videte
Psallite deuote. distincte metra tenete
Vocibus estote concordes vana cauete
Nunq̄ꝫ posterior versus prius incipiatur
Quā suus anterior perfecto fine fruatur
Qui psalmos resecat et sua verba necat
Nil plus inde feret q̄ꝫ si sua lingua taceret
Tu quicūq̄ꝫ choro christi familiaris honori
Non sis mente foro sed mēs tua cōsonet ori
Esto choro totus intentus psallere christi
Laudes deuotus cui te totum tribuisti.

Expliciunt articuli fidei per
Guidonem mercatoris
Impressi.









